



14565

III

Mdg. St. Dn.

P

nos
nsis.

Krause Josephi Joen: *Phryphonos palatinus*
purpureae ex aucto Eridani emergens.

PANEG. et VITAE
Polon. Fol.
M. 615.

P

A

CELS

E

ED

P

PHOSPHORU
PALATINÆ PURPURÆ
Ex AVITO ERIDANO
EMERGENS,
SIDUS PRINCIPUM
PRINCEPS HONORUM
COMES VIRTUTUM
CELSISSIMUS ET ILLUSTRISSIMUS
DOMINUS
Sacri Romani Imperii PA
PRINCEPS, consendit
COMES curuz ader
in Wisznic & Jaroslaw LK
DOMINUS L
THEODORUS L
LUBOMIRSKI L
PALATINUS Cracoviensis
CAPITANEUS Scepusiensis &c.
Ante Auspicatissimum ingressus diem.
In Palatini honoris Metropolim m me
Varsaviæ præviâ Svadâ. J.
Ab Infimo Cliente
JOSEPHO JOANNE KRAUZ.
ADORATUS.

IN
AVITUM DECUS
CELSISSIMÆ DOMUS
LUBOMIRSCIANÆ.



Phosphore redde diem ! Celso de Flumine surge !

Ingeminant vocem Pergama Vasta Craci.

O Srzeniava potens & Mitræ promere gemmas,

Aurorasq; togæ, provehe Sidus aquis !

Tu quoq; Purpureo procedis Phosphore passu,

Et sequitur Regum ponè Serena dies.

Ad Petropoli Leonis Methodi

Academiae Petri Sardii.

Apparitione Ciceronis

Josepho Ioanne Kraus.

AD PETROPOLI

I
S
U
S
NÆ.

CELSISSIME PRINCEPS
ILLUSTRISSIME
PALATINE.

14565



Rientem adorare aliis e-
tiam solenne fuerit sed
ejusmodi qui occasu
soleat terminari , in
TE verò PRINCEPS CELSIS-
SIM E PALATINE ILLU-
(i) stri-

Naturi se Tuo hoc Opus advolvut cum Pessore
Tuo hoc supplicando quod ille sat & abiuitur
et

IN
AVITUM DECUS
CELSISSIMÆ DOMUS
LUBOMIRSCIANÆ.



Phosphore redde diem! Celso de Flumine surge!

Ingeminant vocem Pergama Vasta Craci.

O Srzeniava potens & Mitræ promere gemmas,

Aurorasq; togæ, provehe Sidus aquis!

Tu quoq; Purpureo procedis Phosphore passu,

Et sequitur Regum ponè Serena dies.

— Auct. Adibicentium negotiorum intercessus grecorum

in Basiliis monitis Metropolitum

Basiliensis biscaies sagittæ.

Ap. Iuliano Cicerone

Jospeho Ioanne Kraus.

ADORATA

U S
H U S
N A E.



C E L S I S S I M E P R I N C E P S
I L L U S T R I S S I M E
P A L A T I N E.



Rientem adorare aliis e-
tiam solenne fuerit sed
ejusmodi qui occasu
soleat terminari , in
T E verò PRINCEPS CELSIS-
SIME PALATINE ILLU-
(i) stri-

*Nutui se suo hoc Opus advolvit cura Pessore
suo hoc supplicando quod ille sit & non futurum
est.*

STRISSIME cum Phosphorum Pa-
latinæ Purpuræ ex Avito Eridano
emergentem prono ad TUAS Plan-
tas colouertice , illam utique Au-
roram suspicio , quæ Regum sere-
nitate effulsura , Polono solo meri-
diem quidem accendet , sed nulla
infesta gloriæ ut soli deliquia , nul-
lum occasum patietur. In hoc ita-
que TUA CELSITUDINE sidera
transcendis , quod decrescere ne-
queas , Astrorum nihilominus in-
genio , etiam humilia respicis ,
Tuique favoris & gratiarum vege-
tas influxu. Liceat proinde &
mihi , repenti per terram herbæ
sua folia explicare , Tibiq; He-
rōum Principum Senatus Sideri ,
paginas istas exhibere , quas dum
respicis , Oculi TUI radio elevas ,
uitamque pallentibus influis ; hoc
solo ab Astrorum Principe Diver-
sus , quod illius vicinia multis no-
ceat ; TE quo propius alicui bene-
volentia inclinaverit , eò plūs ex

vultus

na apostolow wogniauach Duch Swisty ziempsuic
I. Kiedy kiedy Drin, z rady greczowely znac ich
spoleniij

vultus TUI præsentia Sperare de-
beat. TUA itaque Divina illa Hu-
manitate illectus , Infimus licet
Cliens, hoc levidense munus fero,
in Tuæq; CELSITUDINIS Ara
depono, qua PALATINUS Honor
Urbium, Provinciarum Regnorum-
que votivis plausibus colitur : TUA
imprimis exullat Cracovia , toto-
que vandalo sua, quibus affluit gau-
dia Varsaviam devehit. Proinde &
ista Syren Urbium lætitia circum-
fluit: In svauissimum erumpit me-
los & illa PALATINI honoris
Tui Metropolis Cracovia , jam se' ipsâ Major, Gaudijs adhuc crescit,
ut ad ingressum CELSITVDINIS
Tuæ altiores Portarum assurgant
arcus. Ego verò qui & Cracoviæ
pars minima sum, & Varsaviæ, ge-
minis gaudiorum exulto titulis. Ut
jam pectore tenere non valuerim,
quin in Paginas istas effunderem.
Nec id aptius facere potui quam in
Corde Regni, ut è Corde in Univer-

sum,

(2)

Kiedy Chrystus narodził się i Apostolapie
kiedy padły mitosy i bywał wesoły
I jak przed kiedy Chrystus wstąpił do Nieba

*Mlo inni Sentymendam C. wojnowiczi
Kiech Kappy 2 Apołtow na malinach*

um Drusum Celsissimi Sanguinis Vestri Fontem,
Laureis & Tænijs coronatum: miraturq; per tot
Regna & sæcula, illimem tamen semper fluxisse,
& licet immortales fasti fidem tantæ origini non
adstruerent, quisquis LUBOMIRIANUM,
SRZENIAVAM inspexisset vel ex ipsis undis
discerneret quo fonte manaverint. Promit ille eti-
am num gemmas Principum, pretia Heròum
Corallia Purpurarum: Suoq; Fonti similis fluit,
suas duntaxat undas trahit, Ista etiam tempesta-
te Avito Flumine Tuo Cœsaris fortuna Imperij
salus vehi posset: vel ipso Summorum Imperato-
rum Judicio qui in Te CELSISSIME PRIN-
CEPS veteres illos Camillos, Drujos, Scipiones
mirati, Tibi clavam commiserant, quâ par ge-
mino Alcidi bicipitem Imperij Aquilam protege-
res, hydram Orientis perdomares. Verum ad
aureum illum LUBOMIRSCIANI SRZENIA-
VÆ fontem redire juvat Aurelium Drusum,
qui ut gloriam suam latius extenderet ab angustis
Alpibus in Campestrem Poloniam promovit pas-
sum, quam Laureis & oleis consitam, heroo su-
dore irrigatam in Lauream illam Cœsarum Syl-
vam & Elisium pacis nemus excoluit, dignus
quem Polonia omnibus retro sæculis coluerit, tan-
tiq; Herois memoria scriptorio exculta stylo nun-
quam silvesceret. Debet itaq; Romæ Polonia,
quod ab ejus collibus in Poloniæ Campos Impera-
torius Sanguis exundaverit, sed Poloniæ quoq;
Roma multum tribuat, quod tanti pretij justa æ-
stimatrix Rubiconem illum secundo flumine Le-

chiæ

chiæ Vandalo influentem, Principum, Procerumq; Purpuris exceperit, ut jam nulla in Lechia Regno fastigia sint, quæ Altissimus SRZENIAVA non transcenderit. Ipsorum Regum solia alluit, Majestatum Purpuras tingit, pretiosq; Tagi instar, quidquid perfluit, deaurat. Felix proinde Roma ex qua Tanti prodeunt fontes, Felix Polonia in qua fontes grandescunt in flumina. Commune sit vulgaribus fluvijs idem dividi quod minui, Vester incomparabilis SRZENIAVA per tot sæcula & Regna divisus, nullibi suam amittit magnitudinem: ut in Fluvio isto ignis planè naturam suspicere liceat, cum ipsa divisione crescat; omnesq; Regiones solus impletat. Mirabamur hactenus quo solo Fons ille erumpat, qui Prophetæ oraculo in Lucem Sollemq; conversus est, cum in Avitum Domus LUBOMIRSCIANÆ Eridanum defixis oculis, illum esse devenimus qui Martio igne scintillat consilij luce coruscat, diem faustissimum Regnis parit. Non sola itaq; Cœli Galaxia pro lacteis undis, stellis fluit; sunt quoq; Poloniæ ejusmedi Flumina quæ non stillas sed stellas, non lacteas undas, sed Purpureas auroras profert. Galaxiæ nihilominus cum LUBOMIRSCIANO SRZENIAVA in hoc convenit, quod utriq; sit Cœlestis origo, à Polo fluit in Poloniæ. Gratare proinde Lechia Superis quod Tibi Aurelium Drusum, Aurelio Antonium Pronepotem dederit: qui in lustrali fonte gemmam fidei bibit, quam ^{cum} Sanguine in Posteros profunderet, Pretiosas quoq; ne dubita animas,

que & ab Aurelijs, & ab Antonijs descendunt, ab altero aurum, Gemmam ab altero derivant, annulumq; virtute fabricant, quo sibi Fortunam & Gloriam despontent Principes LUBO MIRSCII. Quid hic memorem HERACLIUM, DRUSUM Magnum Regni Exercituum Duceb; qui Romana illa fortitudine sub Polono effulgit sidere, ostenditq; etiam sub frigido fove, Martios callere Spiritus, quos Patria, Virtus & Herouſ accendit Sanguis. Quocunq; solo nascantur LUBOMIRSCIORUM Atavi, & Nepotes, Ipsi sibi Astra sunt cum virtute ardoris bellici nascuntur, aliosq; heroo spiritu afflant, alijs militares animos influunt, successit in HERACLII DRUSI triumphos & prælia NICOLAUS Filius Cracoviensis Palatinus, Tibi q; ad easdem Curules præcessit PRINCEPS CELSISSIME, jam tunc à fortuna præmonitus ut prodromus Tibi viam grandi vestigio tereret qui majoribus Tuis Majoreras secuturus. Atq; ubi illi ultimum Tu pri-
mum passum positurus. Quos nimirum ætate consequeris, gloriâ præcurris: quasi in Altissimo Sanguine ut in Oceano, qui Decumani ijdem Majores succedant fluctus, in hostium ruinam, Patriæ tutamen. Fuerit itaq; Marcus Drusus inter bellicos Arietes Leo, inter alas militares Aquila. Ille inquam DRUSUS qui primus Comitis de LUBOMIERZ Titulo præfulserat, Ipse nihilominus Tuas Aquilas sequi, bellicarum in Te uno Virtutum Comitatum venerari gauderet. Fuerit Senatus Oraculum, Belli fulmen Paulus

rybach Democritida na prisad cato ij in
e maig.

B. P. zdy z powalnij.
torom Lubredom Etostki

Alia aon alia lorden

Probabil
Grien
Synowi

dunt,
want,
utnam
MIR-
IUM,
Ducem
ffulsit
larti-
He-
antur
es, I-
i na-
milita-
ORU-
Cra-
rules
tunc
viam
Major
pri-
ætate
issimo
ijdem
, Pa-
us in-
es A-
Comi-
Ipse
n in
leret.
nulus
in

in ore & gladio Palatinus Lubliniensis, Illius ALBERTI Progenitor, qui Legatione Magnus à Rudolpho I. Imperatore Austriaco Sacri Romani Imperij Comitatum non donum sed præmium tulit. Detonuerint contra Orientem duo Orthodoxi Belli fulmina SEBASTIANUS Castellanus Voynicensis, & JOACHIMUS Capitaneus Timbarcensis, quorum alter Rudolpho II. Cæsari contra Portam obluctanti Militem, stipendia Seg̃z Ipsum Ducem obtulit: Regemq; Poloniarum Invictissimum Sigismundum III. contra Rossiacos Gigantes ad Smolensi mœnia Tonantem, Ipse & oculi perspicacia & fulminis ministerio potens Aquila, armavit simul & animavit. Alter in eodem Smolensi Hyppodromo Martem cum morte commutavit, ut mortuali umbra hostes terreret, quos fulgere gladij vivus perstrinxerat. Maximi hi sanè majores Tui, sed dum alibi triumphant Tibi palmam concedunt, alibi Laureas metunt Tibi herbam porrigunt, gaudentq; immortales Illæ umbræ in Tua luce disparere, gestiunt incomparabiles Heròes succedente Patribus gloria superari. Verum quos hactenus paucis lineis conlusimus Aborigines Tuos CEL-SISSIONE PRINCEPS longior tulit ætas, ad illud jam Mausoleum gradum facimus, in quo Proavi Tui STANISLAI Cracoviensis Palatini, Supremi Exercituum Regni Dicis vivit gloria, quiescunt ossa. Horret adhuc Oriens, tremit Porta quæ Principis LUBOMIRSCII Clavam omni bellico ariete sensit potentiorem,

B

Vo-

Probatio Calami et Astramenti.

Dzienni Troycy Przegrywki tacy jest wiemy medzlielskie
synowi sygnowali Boska Rukami.

Vocem Ducis excusso fulmine validiorem.
Virtutem denique, bellicam & fortunam hactenus
metuit, amat Justitiam. Ibat crebro ad despe-
ctum Sarmatiæ collo Gigas ille Orientis, Ner-
vis belli & numero Virorum elatus, totamque
Sarmatiam in Portam trahere, Portam Sar-
matiæ inferre destinaverat. Extimuit Polonia
feralem noctem ubi Lunam suspexit, jam metu palli-
dā jam iraexcādētē cruore totus hausto rubicun-
dam Præfagiebat, turbines, pluvias, tempestates, nec
ex vano nisi in Illum Principem Bellique Ducem
hostis incidisset, qui animi virtute Cœlo vicinus,
Nubium fragores, belli tonitrua calcare pos-
set. Ergo CAROLO CHODKIEVICIO pal-
mari passu succedens STANISLAUS Lunam
proprio cruore suffudit, Gigantem Orientis,
Gemma Principum, limpidissimus SRZENI-
AVÆ lapis prostravit, ut vel mori vel quie-
scere pronus ad plantas Ducis eligeret. Procu-
buit ille non uno vulnere suam fassus ignavi-
pam Imperatorisque, nostri fortitudinem, Pacem-
splex petijt: qui bellum ferox tulerat. Oleam ergo
retulit, sed herbam porrexit Cessit. Campo priorut am-
ma STANISLAI Ducis Gloriæ Campum re-
linqueret: redijt non uno capite imminuta hy-
dra, sensitque idem posse LUBOMIRSCIIS Du-
cis SRZENIAVAM, quod Herculis ignem.
Revoluta & in noctes suas Luna, sed cornua
ad Chocimum reliquit, quæ Orbe Polono im-
plere contendebat. O Lechiæ statorem STA-
NISLAUM. O Impetorem Exercitus Orbis

VÆ

dignum Imperio : O Altissimum SRZENIA-
VÆ Flumen , semper hostibus adversum , Pa-
triæ secundum. O Heroum Sidus LUBO-
MIRSCIUM dignum planè , quem non solum
Sacri Romani Imperij Principem Ferdinan-
dus III. proclamaverit , verum inter Orbis He-
rōes uerissima fama retulerit . Vicit ipsos Du-
cum triumphos quos vel Græcia , vel Roma ce-
lebraverat , Reges animo opibusq; æquavit , ut
quisquis aulæ Ejus fulgorem numerumq; cerne-
ret Lcchicum Salomoncm diceret : libris alij
Linguis omnibus universi , Principis hujus
Regium plane Aulæ apparatum circumferrent.
Ejusmodi Proavo Avus Tuus CELSISSI-
ME PRINCEPS non minor GEORGIUS
Supremus Regni Mareschalcus , Generalis Mi-
noris Poloniæ Exercitum Dux Campestris ,
qui non Clavæ duntaxat & Scipioni verum
Sceptro etiam parem gessit dexteram , dignus
plane qui Regibus prœiret , quem Regna seque-
rentur. Noverint universa Regna ex Impera-
torio LUBOMIRSCIORUM Sanguine , eti-
am num Cæsares ex utroq; nasci , quibus &
lati Clavia & Clavæ , ex æquo conveniant , To-
ga & Sagum , Scipiones & gladij inter CEL-
SISSIMÆ DOMVS augustalia longa efful-
gent serie , Avitæ Ceræ non Martio solum ar-
dent igne , sed Pacis quoæ artibus lucent. In
Tentorijs & Senatu LVBOMIRSCII PRIN-
CIPES sunt Consilio. Comites Regum auspi-
cio

cio, Duces animo, ubique Celsi, sibique similes, alijs
majores.

Fam vero quod Paginæ æquor, qui Li-
brorum margines amplissimam cupient glo-
riam Celsissimi Progenitoris Tui STANI-
SLAI. Non hæc angusta folia, capaces es-
se tabulæ possunt, aut Capita Rhetorum in e-
jusmodi Penicillos commigrare; qui Ideam ma-
gnæ mentis pingere, vultus Illos Lechici Ca-
tonis Linguam Poloni Arpinatis, Divinam
mentem Sarmatici Platonis exprimere queant.
Hic ille est STANISLAVS Principum miracu-
lum, Regum Oraculum Regnorum amor, qui
& in Regia Philosophari, & in peripato re-
gnare ex æquo posset, qui Libris orbem, Fa-
ctis Libros, Effatis sæculorum memoriam im-
plevit. Hic ille Majestatum Scipio, cui non
Regia solum, sed orbis inniti posset. Tali
scilicet auctore in generari Tibi debuit Divina
Indoles ista PRINCEPS CELSISIME,
PALATINE JLLVSTRISSIME, ab ejus-
modi Majoribus ortum trahere debueras, qui
omnibus essent majores, TE solo inferiores,
ille Sanguis in TUUM SRZENIAVAM
confluere debuit, qui ad Sidera ebullit, cujus
circulatio ut Oceani, Orbem pervadit, cujus
Purpurisso Auroræ Regum, & Regnorum

So-

Sol
Ma
Do
nin
pun
pto
ipsa
uni
ger
ra
PR
JL
copi
tam
Pau
tis e
hoc
vitu
dius
colan

SI
ri,
non
inci
non

Soles tinguntur. Mitto hic Syllabum texere
Majestatum, Celsitudinem, multiq; Senatus
Domum Tuam implentis. Præterquam e-
nim: quod infinitam ducerem Lineam nullo
puncto terminandam. Quod juvat Sidera scri-
ptorio digito ostendere quæ orbi patent. Quid
ipsos etiam PRINCIPES LUBOMIRSCIOS
universos in has paginarum angustias compin-
gere? quibus scribendis Cœlum pagina, Side-
ra Asterisci esse debent. Solus volumina poscis
PRINCEPS CELSISSIME, PALATINE
ILLUSTRISSE, ipsaq; luce perstringis,
copia obruis magnitudine inumbrae. Ut in
tam vasto arguento Laconem agere debeam,
Pauca loqui multa sentire: qui stylus reveren-
tis est, lapidarium quidam nuncupant mihiq;
hoc nomine placet quod lapidis instar in A-
vitum SZRENIAVAM cadat, quo profun-
dius Principum Gemmam, Regnorum pretium
colat.

Lege PRINCEPS CEL-
SISSIME, quod non Marmo-
ri, sed amori publica inarat lœtitia,
non Phydiæ Cœlo, sed cordis stylo
incidit. Quod leget sera posteritas,
non scriptoris ingenio sed Principe
C argu-

Syntagma refutatio

Syntagma excusit.

Morris fratrem.

O SIDUS

Dignum elevatione Throni ut Poli

PRIN.

argumento delectata. Ego interim
imparibus Elogij lineis illud etiam
exprimo, parem TIBI, id est incom-
parabili Principi vix ulla ætas sit ha-
bitura. Tripartitæ vero Tituli serie
illud innuere volo, quod ut DEUS
impare numero gaudet: Ita TU
quoq; PRINCEPS CELSIS-
SIME qui plus cæteris de communi
DEO hausisti, tergeminam Laudis In-
ventionem minime aspernabere.



Fides PRÆCET
SASSIME.

PRINCIPIUM THEODORUS PRINCEPS,

Huc Tuá lumina flecte

Centoculum Cælum !

Est quod in terris videoas & invideas.

In Mitra LUBOMIRSCIANA Coronam Australem,
Romanorum Cœsarum diademata.

In Principe THEODORO Drusos Cæsares
Orbis Motores & Prima Lumina suspice !

Talia Astra regunt homines.

Non fatum his Stellis , sed Fortuna Nectitur
Populorum,
Unus Omnium sufficit

THEODORUS

Qui Celsitudine Polum tenet
Benefico influxu terras fovert.

Republicæ Classibus Cynosura
Palatinæ Pūpuræ Aurora.

Orienti fatalis semper hesperus

Sarmatiæ propitium Sidus

Lucem Illi & Umbram ministrat

Illâ regit , hâc protegit.

Luce Consilij terrores ut Umbras dissipat.

Umbrâ potentia æstus temperat

Quoties Oritur, toties hostis occidit

Patria resurgit

Somnum exxit.

Mortis fratrem.

O SIDUS

Dignum elevatione Throni ut Poli.

P R I N C E P S
HONORUM
CELSISSIMUS
P R I N C E P S
THEODORUS
LUBOMIRSCIUS
PALATINUS CRACOVIENSIS.

Nihil belli pacisq; Fortuna habet
Quod vel à Lubomirscijs non acceperit.
Vel in Thesauro Illorum non deposuerit
Clavas acceperunt
Ut facerent laureatas
Laticlavia assumpserunt
Ut se Ipsiis Ornarent Togas
Gemmæ Principum,
Heròes
Pretio Aurei, Fortitudine ferrei,
Gerebant prodromum Regum Scipionem
Ut quem admodum Virgâ Coryli
Thesaurum Lechiæ ostenderent
In Regis & Regni salute
Constitutum
Claves publici thesauri tulerant
Ut Viam sibi aperirent
Bene de Republica merendi:
Cancellarias gemmas gesserant
Ut a morem Patriæ consignarent
Vigili fideliq; Laboris impressione
Omnis deniq; honoris apex
à Prima Domus hujus plantâ
non recessit
O Honorem Principum.
O Principem Honorum,

PRINCIPEM THEODORUM.

COMES

COMES VIRTUTUM

CELSISSIMUS
PRINCEPS
COMES

in Wisznic & Jaroslaw.

PALATINUS CRACOVIENSIS

Oraculum est,

Quod Patriæ foci

Cælitum Aræ loquuntur;

Quod Arces Regni & Divorum ædes
Porrecto in Cælum vertice.

Narrant Astris.

Quid de profusa in alios liberalitate?

Nilus Ægyptum

Srzeniava fæcundat Poloniam

Cælum tamen respicit Illa,

A quo tales fluunt CELSTITUDINES

Et Virtute in Cælum refluunt.

At vero ut Mitram gemmæ

Ita Fidei Zelus & Cælitum cultus

Distingvit à Cæteris

Principes LUBOMIRSCIOS

Hic Cælicus Ardor

Inussit justam notam non pulchro Torunio

An potius delevit nocente Sangvine.

Quid Ille Candor dignus Regum byssο?

Quid omnium Virtutum odor in THEODORO?

Quid Divina Humanitas

Humanissima Oris Majestas

In prosperis adversisq;

Regia sibiq; imperans Serenitas.

Hoc Virtutum Comitatu

Meretur Regium PRINCIPATUM.

COMES VIRTUTUM

CERVISIUM

PRINCEPS
CEREMONIALES

SUWILDFRIST

PALATINUS AGRAICOLA IENSIS

OBSCENITATEM ET ALIA PRO

UNO PARS FESTIVITATIS IN V

CEREMONIALES ATELODANNTA;

GENO AVICUS REGNI ET DIVINITATIS

PROTEGO IN CEREMONIALE.

NOSTRIS AVITIS DE

GENO DE PROTEGO IN SITIS IMPERIALIBUS

NIJAS AGRICOLA

SACERDOTES SACRUM PROFESSIONE

ADIDESTE HONORIS CEREMONIALES

ET AVITUS SITUS CEREMONIALES

AVITUS SITUS CEREMONIALES

IN PIGEIS XENIS ET CEREMONIALES

ET DIGNITATIBUS ET CEREMONIALES

PRINCIPES TUBOMORSCIOS

HIC CEREMONIALES AVITUS

IN PIGEIS XENIS DIGNITATIBUS ET CEREMONIALES

AVITUS SITUS CEREMONIALES SABAVE

QVAD JILLE CANDOR GIBUS REGNIS PLVIO

QVAD OMNIA VITIUM OVOI IN THEODORO

QVAD DIVITIS HABITUS

HABITUS OVIS MAJESTAS

QVAD BIOPHIES SAPERIE

REGIS SUPIDI IMPERIUS SERUEIUS

MIR HOC VITIUM COMITATU

MERCII REGIUM PRINCIPATUM

XXXIV



C
I
B
I

XII.14

